

1753.

1. Grimmeren, Joannes Franciscus: Ne labore obculpam
calam remoto haud i'psum et § 6 I de susp.
Ind.
2. Harford, Joannes Franciscus: Utrum sanctos, quos
in academicis pates filio rappresentant, i' portio-
nem ejus hereditariae veniant?
3. Homburg za Vieh, Arnold Ind: Ne buonam processio-
ne remetio nec possessorio nec intermixtio. Pro-
pria, quo et lectiones astrictas iuritat.
4. Homburg za Vieh, Arnold Ind: Ne diverso jure patris
in pecunio i' ventio pro diversa b'herorum
actate
5. Et Kable, Ludovicus Martinus: Selecta juriis Bre-
menis ratione contractae embrouis venditionis.
2 exempl.

1754.

1. Fitter, Joannes Terrigen: Ne cognovimus huc negotiis
sepi' novorum nouis utris provinciis que, quae

Sacrae Imperatoris Francicæ T. . . . monachus ab aliō natus.

1754.

2. Euler, Dr Georg: Te permissum velut collobo, quem
agio vorant, presentum in antiquioribus Iobitis
ut in brevius jure civili hanc concessum. 1755.

3. Finsenius, Johannes Nicolaius: Rer. marit. procurator:
Programma, quo ad orationem auspicialem Joann. Bureni
Hoffmanni invitat.

4. Finsenius, Johannes Nicolaius Acad. Theol. prorector:
Programma, quo ad orationem istam invitat

5. Hoffmanns, Dr. huc: Te procuratoriis ex officio
constituentis. Programma, quo ad lectiones academicas
invitat.

6. Homborgk ja Vach, Gerard Lind: Te diversa in dolo
procurans, iugulatoris et accusatoris nec non de
fimbris ejus cante determinandis et regardandis.

1754.

1 Homburg vs Vach, Amtl. Tel.: De qualitate rebus
quae pacis successoris inter et de effectibus
eis.

8 Recke, Trauer Tschus: De pecuniaris iudiciorum per
mutationis, quod ad transitorum attinet. Programma
quo ad lectiones habendas insitum.

9. Raabe, Joannes Tschus: De dupliciti actione Pauliana.

10. Soranus, Trauer Tschus: De legitimis subridicis
et validis cogitationem in jurisprudentia penalium
aspirandi. Programma, quo ad predictivas auctoritas
insitum.

1755

1. Burckhardt, Wittenberg: De hereditate quadruplici
sive de genere boronum quadruplici in successioneburg
Illustrium a se invicem separandis.

2. Soranus, Trauer Tschus: De jure revolutionis seu
recurrentiae - - -

1. *Leucanthemum vulgare* L. subsp. *vulgare*
Stems & leaves numerous slender
1. Leaf, hairy. Reproduced with difficulty
several times in last year's cuttings.
When first cut was very hard & dried well.
Leaves numerous below, few above.
2. Flowers, yellow. Petals 5, thin, smooth, pointed.
Petals yellow, few above, pointed, smooth.
Leaves numerous below, few above.
Leaves numerous below, few above.
3. Flowers, yellow, few above, pointed.
Petals yellow, few above, pointed.
Leaves numerous below, few above.
Leaves numerous below, few above.
Leaves numerous below, few above.

Pri. 47. Num. 6.

1753. 3.

AEMIL. LVD. HOMBERGK *zu Bach*

SERENISSIMIS HASSIAE LANDGRAVIIS
IN IUDICIO AVLICO A CONSILIIS, IVR. PROF. ORD.

PROGRAMMA
DE

BONORVM POSSESSIONE

REMEDIO NEC POSSESSORIO
NEC INTERIMISTICO

QV' O

GENEROSI ATQUE NOBILISSIMI
ACADEMIAE CIVES

AD

LECTIONES AESTIVAS
TAM PUBLICAS QVAM PRIVATAS
INVITANTVR.



MARBVRGI CATTORVM

TYPIS PHIL. CAS. MÜLLERI, ACAD. TYPOGR. ET BIBLIOPOL.
ANNO MDCLXIIII.

AEMILIAD HOMERICK III 274

SCHEIBELMUSIK-HASSE-MODEL-AUT

IN EINER TANZ- UND AUFZUG- AUSFÜHRUNG

P. K. O. G. A. K. M. A.

BONCGRYM ROSSPSSIONE

REMBRIDI NIC. BOZETTOSORIO

NIC. INTERRUMSTICO

CUNIGRODI ALDO NOBILISSIMO

ACVATE CAVAE

LEGATIONES AESTIVAS

AT FESTIVAS QUA M. TRIVATAS



H. 1787. C. ONT. R. K. N.

SCHEIBELMUSIK-HASSE-MODEL-AUT



S. I.

A POSSESSIONE BONORVM DIFFERT
BONORVM POSSESSIO.

Q uamuis vocabula transposita utplurimum idem significant, que nadmodum ex ARISTOTELE apposite obseruauit I. BORCHOLTFEN; (a) interdum tamen, vt propositum exemplum docet, vel leuis eorum transpositio mutationem sensus inducit. Bonorum quidem possessionem alibi possessio-
nem bonorum veteres dixerunt (b) et corporalis illa rerum detentio interdum bonorum posses-
sio vocatur: (c) attamen quoties accurate et ex

A 2 more

(a) *in comment. ad Inst. tit. iurisd. conf. BRISSONIVS de de Bon. Poss. in pr. n. 3. conf. l. 14. de pecul. legat.*

(b) *Patet hoc ex l. 35. de O. et A. nec non ex l. 4. §. f. ff. de officio eius, cui mand. est*

Verb. Sign. b. v. et I. G. HEL-

NECCIVS in antiqu. Rom. Lib.

3. tit. 10. §. I.

(c) vgr. in l. §. §. I. ff. quib.

ex

more seculi recepto locuti sunt ICti, vtrumque loquendi genus diuerso sensu adhibuerunt atque verborum transpositione obseruata iisdem syllabis diuersas expresserunt rerum notiones. Nam bonorum possessio haereditatem a Praetore delatam, possessio autem bonorum nudam rerum corporalium detentionem significat atque hoc sensu priori opponitur.

§. II.

BONORVM POSSESSIO MAGIS IURIS EST,
QVAM CORPORIS POSSESSIO.

Ipsius LABEONIS haec sententia est, quam totidem verbis VLPIANVS (a) refert. Quin ea recte se habeat, nec auctoritas tanti inter veteres ICti, nec res ipsa dubitare nos paritur. Est enim bonorum possessio, ius persequendi retinendique patrimonii, quod cuiusque, cum moritur, fuit. (b) Inde *iuris nomen* habere (c) et haereditatis appellatione contineri dicuntur. (d) Commoda quippe et incommoda haere-

*ex caus. in poss. eat. quod etiam
tradit A. CONTIVS in libro su-
gulari de haered. et honor. poss.
operum pag. 284.*

(a) *in l. 3. §. 1. ff. de B. P.*

(b) *d. l. 3. §. 2. eod.*

(c) *l. 119. de V. S.*

(d) *l. 138. de V. S. l. f. C.
Qui admitti ad bon poss. Sic
er neglecta verborum subtili-
tate Praetor VERRES secun-
dum*

haereditaria, itemque dominium rerum, quod
in his bonis est, tribuit (e) atque in omnibus
vice haeredum bonorum possessores haben-
tur, (f) imo haeredes sunt (g) ideoque haere-
ditariis actionibus et agunt et conueniuntur,
non veris quidem et ciuilibus, sed fictitiis. (h)

§. III.

BONORVM POSSESIO DOMINIVM

TRIBVIT.

Disertis verbis hoc I^CTus testatur; et salua
iuris ratione id negare nemo poterit. Primo
enim bonorum possessio refertur inter modos
acquirendi dominium vniuersales eosque ciui-
les. Nam, vt ait IMPERATOR, (a) si cui
haeredes facti sitis, siue cuius bonorum possessio-
nem petieritis, vel si quem adrogaueritis, vel
si cuius bona libertatum conseruandarum caussa
vobis addicta fuerint, eius res omnes ad vos

A 3 *tran-*

dum tabulas testamenti potissimum se HAEREDITATEM daturum pollicebatur, quae tamen bonorum possessio saepius appellatur, ut ex CICERO in Verrem 3. obseruat

A. CONTIUS l. c. p. 284.

(e) *L. I. ff. de B. P.*

(f) l. 117. de R. I.

(g) l. 19. §. 2. de C. et D

(h) VLPIANVS tit. 28. §

12. conf. Vir Illustris E. OTTO
ad §. 1. I. de B. P. num. 4.

(a) in §. f. l. per quas per
son. cuique adquirit.

transeunt. Quemadmodum ergo haeres consequitur dominium rerum haereditiarum, pater arrogator dominium bonorum omnium, quae arrogati fuerunt, seruus dominium bonorum, quae ipsi libertatum conseruandarum causa addicta sunt: ita in bonorum possessorem transit dominium patrimonii, quod defuncti, cum moriebatur, fuit. Deinde argumento est haereditatis petitio possessoria, quae ex bonorum possessione descendit et, ut infra pluribus dicemus, petitorii remedii naturam habet. Quantum enim ciuilibus actionibus consequitur haeres, tantum per haereditatis petitionem possessoriā consequitur bonorum possessor; (b) Vnde etiam recte haec actio dicitur *successionis vindicatio*, quam filia emancipata, si non agnoverit intra annum unde liberi bonorum possessiōnem ad haeredes transmittere non magis potest, (c) quam haereditas ciuilis indeque descendens petitio mortuo ante aditionem haerde ad successores eius transmittitur. (d)

§. IV.

- (b) *I. 2. ff. de haeredit. pet. poss.* (d) *I. vn. §. 5. C. de cadue.
(c) I. 4. C. Qui admitti ad toll.
bon. poss.*

§. IV.

NON QVIRITARIVM QVIDEM ET
LEGITIMVM.

Ne vero aliquid a Iuris ratione alienum dixisse videamur, iam admonendi sumus, dominium, cuius bonorum possessor beneficio Praetoris particeps fit, non esse legitimum illud et Quiritarium dominium, sed Naturale tantum et Bonitarium. Illud enim tribuere Praetor non poterat. Neque hoc aliter acquirebatur, quam modis a lege praescriptis, quos recenset **VLPIANVS** (a). Atque eadem ratio impediebat, quominus Praetor haeredem facere possit. Haeredes enim veteres pro dominis appellabant. (b) Quemadmodum ergo dominium nemo consequitur nisi usucapione, vel simili acquirendi modo: ita nec haeres quis efficitur, nisi lege, vel eo, quod legis vicem habet, veluti Senatus consulto aut constitutione Principis: quod exemplis declarat **THEOPHILVS** (c). Inter Glosatores quidem **IOHANNES**, **BVLGARVS** at-

(a) in Fragment. tit. 19.

attulit Vir Illustris E. OTTO
in comment. n. 4.(b) §. f. I. de baered. qual.
et different. in quem egregia(c) in parabraf. Graec. pr.
I. de Bon. Poss.

que PYLEV Praetorem dominum facere posse opinati sunt, moti specie, quae occurrit in l. 2. ff. si ex noxali caussa agatur. Verum ibi non iustus Praetoris, sed noxae deditio et deditio serui, quae ex LL. XII. Tab. est, ut visu capio, dominum facit eum, qui seruum indefensum dicit, vel qui deditum accipit, obseruante hoc CVIACIO. (d)

§. V.

SED TAMEN NATVRALE ET BONITATRIVM.

Quibus non obstantibus afferimus, bonorum possessorem nihilominus a Praetore consequi dominium naturale, quod bonitarium appellari siveuit. Vti enim praecclare monet CORNELIUS VAN BYNCKERSHOECK: (a) qui quod habet in bonis, non continuo id habet ex Iure Quiritium, id est, ex ciiali optimoque dominio, sed saepe ex naturali tantum minusque integro et perfecto. Quamuis ergo bonorum professor non sit dominus Iure Quiritium, tamen bonitario hoc dominio gaudet, eo, quod Praetor efficit, ut res, quae defuncti fuerunt,

in

(d) Olf. Lib. 21. Cap. 36. mancipi Cap. 9. p. 96. Opusc.

(a) de rebus mancip. et nec. Tom. 2.

in bonis eius esse incipient, quemadmodum recte docet **I. AVERANIUS.** (b) Dominium hoc, quod et ipsum civile erat, (c) Praetor variis ex caussis et poterat et solebat tribuere. Quoties enim POSSIDERE IUBET, toties dominum facit. Notanda est haec locutio, quia maximi momenti est in hoc argumento. Non enim nudam detentionem, sed ipsum dominum respicit. Illam quidem missi ex primo decreto consequuntur: (d) hoc vero Praetor tribuit his, quos ex secundo decreto possidere iubet. Sic vgr. ususfructuarium Praetor ex caussa danni infecti in possessionem vicinarum aedium mittit, et si perseveretur non caueri, *iure dominii* possidere iubet. (e) Neque enim, VLPIANO (f) teste, statim, ubi in possessionem misit, Praetor possidere iubet, sed tum demum, cum iusta causa videbitur. È contrario cautionis oblationi locum esse idem negat, postea-

quam

(b) *Interpret. Iur. Lib. 4.* Academiae Procancellario **I.**
Cap. 6. n. 5.

G. ESTORE.

(c) vid. H. VULTEIVS in *Jurisprud. Rom. Lib. I. Cap. 75.*
§. 4133, edit. nou. quae pro-
diit auctore Magnifico huius inf.

(d) *I. 3. §. f. de A. v. A.P.*
(e) *I. 7. §. 1. ff. de ususfruct.*
(f) *I. 15. §. 21. ff. de damno*

B

quam quis a Praetore possidere iure dominii iussus est. (g) Item cum duo iussi fuerint possidere, ambo fiunt aedium domini. (h) Hinc etiam missus ex secundo decreto decedere dominum cogit, et, ut deliciatur, efficit; (i) ipse vero dominium consequitur, quatenus nempe, ut recte i. VOETIVS, (k) si possessionem amiserit, Praetor singit, eum iam vsucepisse, quod vere nec dum usucaptum est, eique, tanquam domino praetorio permittit vindicationem, sc. publicianam. (l) Ex quo principio quoque intelligitur, cur duo simul possidere iussi communis diuidendo iudicio experiantur; quia scilicet dominum pro induiso naesti sunt. (m) Quae cum ita sint, nihil profecto a iuris ratione alienum statuimus, quando bonorum quoque possessorem Praetoris beneficio dominium consequi defendimus.

§. VI.

(g) d. l. 19. §. 33.

(h) d. l. 15. §. 17.

(i) d. l. 15. 20. et 23.

(k) In Commis. ad Pand. Lib.

38. tit. 2. u. 12. circ. fin. p.

665.

(l) l. 18. §. 15. de damn. inf.

(m) l. 5. ff. commun. diuid.

§. VI.

CVM CONDITIONE VSVCAPIENDI
CONIVNCTVM.

Duos quidem, cum de eodem proprietatis genere sermo est, eiusdem rei dominos in solidum esse non posse expeditum est. At quominus quis rem in bonis habeat, cuius alter dominus sit iure Quiritium nihil obstat. Nam, ut VLPIANVS auctor est: (a) *Qui, tantum in bonis, non etiam ex IVRE QVIRITIVM seruum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis tantum alicuius seruus est, velut hoc modo: si ciuis Romanus a ciue Romano seruum emerit, isque traditus ei sit, neque tam mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit: nam quamdiu horum quid fiat, is seruus quidem in bonis emtoris est, ex IVRE QVIRITIVM autem venditoris est.* Quemadmodum itaque seruus, qui est in dominio bonitario emtoris, eodem tempore potest esse in dominio quiritario venditoris, ita seruus hic, si per annum possideatur, vſuacione transit in dominium Quiritarium emto-

B 2

ris,

(a) in fragm. tit. I. §. 6.

ris, quod ex THEOPHILO (b) vtterius illustravit CORNELIUS V. BYNCKERSHOECK. (c) Porro, sicut is, quem Praetor iure dominii possidere iussit, vsucaptionis beneficio nanciscitur Dominium Quiritarium earum rerum, quas velut dominus bonitarius haec tenus tenuit, ita et Bonorum Possessor autoritate Praetoris suffultus, temporis suffragio tandem consequitur Quiritarium illud dominium, cuius eum solus Praetor participem reddere non poterat. Ac illud quidem pluribus locis in Iure traditur. Nam vt PAVLVS ait, (d) Praetoris officium est, vt missus in possessionem etiam *eam per longi temporis spatium in suum dominium capere possit.* Hinc is, cui damni infecti non caueatur, potior est his, qui pignori rem acceperunt, si vt idem PAVLVS docet (e) possidere et *per longum tempus rem capere ei permisum fuerit.* Creditor enim pignus usucapere ob defectum bona fidei et iusti tituli non potest. Quo etiam collimat, quod dicitur: eum, qui iussu Praetoris possidere coepit, et *possidendo*

(b) ad §. f. l. de Libertin. (d) in l. 5. ff. de damno in-
 (c) in opusc. de reb. mancip. fect.
 Cap. 9. (e) in l. 12, cod.

dominium capere, sed non admissus aut electus inde fuerit, vtile interdictum unde vi, aut publicanam actionem habere posse. (f) Eodem sensu AFRICANVS mentionem facit eius, qui damni infecti nomine in possessionem missus possidendo dominium cepit. (g) Imo, *ut procedat*, (sc. *vsucapio*) iuberi etiam possideri missus poterit. (h) Clarissime vero omnium IULIANVS scribit, eum qui in possessionem damni infecti nomine mittitur, non prius incipere per longum tempus dominium capere, quam secundo decreto a Praetore dominus constituantur. (i) Id quod contradictionem involueret, nisi is, qui per missionem ex secundo decreto dominium Praetorium nactus est, vsucapione possit acquirere dominium Quiritarium. Quae cum ita sint, iure nobis accedere videmur sententiae eorum, qui Bonorum Possessorem lapsu temporis dominium Quiritarium consequi statuant. (k)

§. VII.

(f) l. 18, §. 15. eod.

(g) l. 44. evd.

(h) l. 3. §. 3. ff. de reb. eor.
qui sub tut. conf. 1. EVIACIVS
Obj. 21. Cap. 36.

(i) in l. 15. §. 16. de damno

inf. Dubiis, quae hic moueri possent, satisfecit I. VOET in Comment. ad Pandect. Lib. 38. tit. 2. n. 12.

(k) E. MERRILLIUS ad §. 2.
I. de Bon. Poss.

§. VII.

BONORVM ERGO POSSESSIO REMEDIVM
POSSESSORIVM NON EST.

Aduersa plane his principiis quorundam opinio esse videtur, qui bonorum possessionem praeter nudam illam rerum possessionem nihil iuris tribuere existimant. Reprehendit eos iam pridem A. VINNIVS (a) quem in hoc argumento cum aliis secuti sumus. Sed scrupulos nobis iniecit I. G. SCHAVMBVRG, qui reprobatam illam a VINNIO opinionem non obscure videtur probare, quando bonorum possessionem vocat *remedium possessorium* (b) *provisionale et interimisticum*, (c) *haereditatis vero petitionem possessoriam* ab *interdicto quorum bonorum* (d) non differre existimat. Si, quod nobis videtur, ingenue fateri licet, bonorum possessio quatenus a Praetore conceditur, *remedii possessorii* nomen proprie tueri nequit, quia diuersam plane ab his remediis naturam habet. Quemadmodum enim praeter commodum actualis posses-

(a) in *Comment. ad pr. I. de bon. poss. n. 5.* (c) *ibid. §.*

(b) in *Compend. iur. Digest. Lib. 37. tit. 1. §. 3.* (d) *ibid.*

possessionis ius nullum in re ipsa consequimur, ita eo contrario bonorum possessio dominium rerum, quae in bonis defuncti fuerunt, tribuit, cum quo coniunctum est ius persecundi res haereditarias, tum singulas seorsim, tum omnes velut vniuersitatem quandam in complexu, non possessoris tantum, sed etiam petitoris actionibus. Illis bonorum possessor, tanquam haeres praetorius, agit ad consequendam, retinendam vel recuperandam possessionem rerum haereditarum: his vero ad declarationem iuris et restitutionem earum cum omni causa. In possessoris iudiciis petitum non nisi inepte quis hoc dirigeret. Deinde Praetor, actualem detentionem bonorum possessor ne quidem semper tribuit, nisi quum aliquem vice bonorum possessionis in possessionem mittit. Sed ea, si vacua fuerit, naturaliter apprehendenda vel si alius possideat, interdicto persecunda est. Sicut ergo dominium nihil commune habet cum proprietate, ita bonorum possessor dominio praetorio potitur, quamuis alius haereditatem iniuste detineat. Et vicissim, quemadmodum possessor naturalis detinet: ita nullum remedium possel-

possessorum recte dixeris, nisi quod possessionem tribuit, quam tamen haeredem praetorium, mediante decreto Praetoris non consequi manifestum est. Neque est, ut quis obiiciat, dominium, quod bonorum possessor consequitur, solo iure possidendi absolui, quo is, qui bona fide et iusto titulo, rem aliquam singularem hactenus est, gaudet. Nam idem illud ius possidendi nihil aliud est, quam dominium quoddam sicutum ex quo descendit *actio publiciana* realis aduersus quemcunque infirmiori iure possidentem. (e) Inepte autem hanc actionem quis referret in classem interdictorum; quemadmodum et dominium illud, quod praetoriam hanc vindicatum producit, confunditur cum corporali rei possessione, quam interdictis saltem persequimur, non petitoris remedii. Quibus merito addimus argumentum, quod a prerogativa, qua bonorum possessor prae bonae fidei possesso rei singularis gaudet, peti potest. Hic enim Publiciana experitur, quia hactenus bona fide et iusto titulo possedit, possessionem vero ante impletam usurpationem amisit. Sed bonorum

(e) §. 4. I. de act. et tot. tit. ff. de public. in rem action.

rum possessor impetrato a Praetore iure succendi integrum haereditatem, cuius possessionem nunquam habuit, a quocunque possessoire vindicandi ius habet. Qua de causa agit non solum ad consequendam rerum haereditiarum possessionem, sed etiam ad declarationem iuris haereditarii. Vnde concludimus, bonorum possessionem remedii possessorii nomen alio sensu non ferre, quam quo omnes actiones, praetoriae quibus bonorum possessor aduersus quoscunque experitur, *possessoriae* dicuntur. (f)

§. VIII.

NEQVE PROVISIONALE VEL INTER- MISTICVM.

Atque hoc, quo diximus, modo, conciliari quodammodo potuisset, viri celeberrimi sententia cum principiis iuris, quibus ea maxime refragari videbatur. Verum eo quidem sensu bonorum possessionem remedii possesso-

riis

(f) vid. l. 4. de Carbon. edit. l. 50. §. 2. ff. de bon. libertor.

riis adnumerasse non videtur, quia illam mox definit per remedium *prouisionale* et *interimisticum*, quo nomine *interdicta* quoque insigniuit. (a) Decretum interimisticum sine dubio est, quo determinatur, quid fieri aut non fieri debeat, usque dum certus aliquis euentus secutus fuerit. Docent hoc exempla, quae adduxit et pluribus illustravit s. STRYK. (b) Supposita autem hac, quam formauimus, decreti interimistici notione, bonorum possessionem nomen hoc non tueri satis patet. Praetor enim, cum bonorum possessionem concedit, non hoc agit, ut aliquem saltem ad tempus participem reddat commodo possessionis, sed ut ei, quem haeredem facere non potest, bona haereditaria iure dominii in perpetuum tribuat. Quod ut clarius intelligatur, singulas bonorum possessionis species consideremus, inter quas primo omnium se offert B. P. quam Praetor ex edicto se datum pollicetur, cum a testato, tum ab intestato, atque illam quidem tam secundum, quam con-

(a) In *Comp. Iur. Dig. Lib.* 43. tit. 1.

(b) in *Diss. de decreto interimistico Vol. I. Diss. 19.*

contra tabulas. Nimirum Praetor existentibus testamenti tabulis, septem testium signaculis munitis, haeredi scripto bonorum possessionem promittebat, (c) non ad tempus, sed ut haereditate, in quam ex testamento Iure Ciuli invalido succedere non poterat, beneficio ipsius perpetuo iure potiretur. Eodem effectu liberis emancipatis testamento paterno praeteritis ius erat petendi successionem praetoriam contra tabulas nullo alias solennium defectu laborantes. (d) Qua imperata succedebant cum suis, non interimistice, sed aequae ac hi, pleno iure, quo acquisitam indulgentia praetoris haereditatem et retinere et persequi poterant. Neque alio fine Praetor adiurandi Iuris Civilis gratia bonorum possessionem ab intestato offerebat, cum suis, ex edicto *vnde liberi*, tum agnatis, ex edicto *vnde legitimi*. (e) Quod ipsum vterius evincit bonorum possessio, quam his deficien-
tibus

(c) §. 2. l. de B. P. conf. (e) Vid. tit. ff. si tabulae te-
Tit. Dig. de bon. poss. sec. tab. stam. nulla extabunt, unde li-

(d) Tot. tit. ff. de bon. Poss. beri nec non tit. unde legitimi.

contra tab.

C 2. Juro. A. Tit. biv. (1)

tibus largiebatur *cognatis* (f) et his quoque non extantibus coniugi superstiti ex edicto *unde vir et vxor* cum perpetua exclusione fisci alias ab intestato successuri. Non hic ad interim praetor possidere iubebat, sed ut bonorum possessio instar veri haeredis sibi habeat patrimonium defuncti: adeo ut ne iis quidem, quibus successio vel ex testamento vel ab intestato data erat, cedere necesse habeat.

S. IX.

QVOD TAMEN LIMITATVR.

Ex quibus elucescit, quod bonorum possessio origine sua non habeat naturam decreti interimistici, sed eo potius tendat, ut quis bona defuncti iure dominii in perpetuum nanciscatur, cum facultate libere de iis disponendi eaque vindicandi a quocunque possessore. Proprius vero ad naturam decreti prouisionalis et interimistici accedere videtur bonorum possessio decretalis. Quamuis enim Praetor ne hanc

qui-

(f) vid. tit. ff. *unde cognati*, item tit. *unde vir et vxor*.

quidem concedere soleat, nisi ius eius, qui eam petit, *prae sumtive* potius sit iure contradic toris: (a) tamen si hic ex post facto demonstret, eum quem Praetor bonorum possessorem fecit, nullum plane ius succedendi habere, illum cedere oportet, vti quilibet possessor cedere tenetur domino. Argumento est bonorum possessio, quae ex edicto Carboniano defertur impuberi, cui quaestio status mouetur, an filius sit? dilata quaestione status in tempus pubertatis. (b) Cuius bonorum possessionis hic est effectus, vt impubes *interim* tanquam haeres consideretur, (c) licet postea, si inter liberos eum non fuisse probetur, bona, in quorum possessionem missus est, restituere teneatur, quo nomine cautionem praestandam esse constat. (d) Atque in eo haec bonorum possessionis species omnino habet naturam *decreti inter mistici*, quo praetor impuberi, pro quo mili-

C 3

tat

(a) in Comp. Iur. Dig. Lib. 37. tit. 1. §. 8.

(c) conf. 1. VOETIVS in Comment. ad Pand. Lib. 37. tit. 10. §. 1.

(b) l. 1. pr. §. 1. l. 3. pr. et §. seq. ff. de Carbon. edict.

(d) l. 1. §. 14. 15. l. 7. §. 1. ff. de ventre in possess. mitt

tat praesumtio legitimae natuitatis, *prospicit*, ne ipſi durante aetate pupillari controuersia statut moueat, sed *interea* pro legitimo haerede habeatur. Aliud exemplum suggredit titulus Digestorum de ventre in possessionem mittendo. Nam si mulier, quae in possessionem itura est, vxor vel nurus fuisse vel praegnans esse negetur, et nihilominus vice bonorum possessionis in possessionem missa fuerit, dubium non est, quin interea quidem loco haereditis sit, bona tamen omnia restituere teneatur, si vel vxor aut nurus fuisse non reperiatur, aut se per calumniam praegnantem esse dixerit. Eadem vero bonorum possessio, quae hoc casu praeuia cauſae cognitione decernitur, regulariter *edictalis* est, si scilicet, quae in possessionem itura est, vxor vel nurus fuisse haud negetur. Quod silentio praetereundum non erat, quia exemplo hoc probatur, edictalem quoque bonorum possessionem ad tempus interdum concedi adeoque naturam decreti interimistici imitari. Neque enim, ut recte **VOETIVS**, (e) plena haereditas hoc modo

(e) l. c. Lib. 37. tit. 9. n. 1.

ven-

ventri datur , sed tantum *temporaria*; cum fieri possit , vt posthumus non nascatur et ob id aliis haereditas cedere debeat; id quod tunc etiam accidit , si per calumniam se praegnantem esse simulauerit. Praetor itaque ventri praeterito quidem prospicit , dum eum in possessio- nem mittit : verum non in perpetuum , sed salvo iure cuiusuis , donec aut pariat , aut abor- tum faciat , aut certum sit , eam non esse praegnantem. (f)

S. X.

DE DIFFERENTIIS HAEREDITATIS PETITIONIS POSSESSORIAE ET INTERDICTI QVORVM BONORVM.

Exposita natura bonorum possessionis , super- est vt videamus de remediiis , quibus bonorum possessor gaudet. Non hic de singulis rebus haereditariis , quae ab aliis titulo singulari possi- dentur , sermo est , sed de vniuersitate bono- rum , quae defunctus tempore mortis habuit.

Illas

(f) l. 1. §. 27. de ventre in poss. mittend.

Illas bonorum possessor iisdem actionibus persequitur, quibus defunctus agere potuisset: hanc vero remediis cum petitoriis, tum possessoriis. Quemadmodum enim ius haereditarium nihil commune habet cum naturali rerum haereditarum possessione, ita etiam haeres praetorius diuersis remediis vtitur. Nimur possessionem rerum haereditarum bonorum possessor persequitur *interdicto quorum bonorum*, ius ipsum vero haereditarium *possessoria haereditatis petitione*, quae ab interdicto illo differt, vt petitorum a possessorio. In qua sententia non videtur fuisse SCHAVMBVRGIUS. De haereditatis enim petitione possessoria acturus nos remittit ad titulum *quorum bonorum*, (a) et hoc loco interdictum illud etiam *haereditatis petitionem possessoriam* vocari contendit. (b) Sed impetrare a nobis haud possumus, vt in hoc assentiamur viro celeberrimo. Primo enim haereditatis petitio possessoria est *remedium petitorum*, quod oritur ex iure haereditario a

(a) in Comp. Iur. Dig. Lib. 5. tit. 5. §. 2.
(b) ibid. Lib. 43. tit. 2. §. 2.

Praetore delato, et per quod teste CAIO (c) tantum consequitur bonorum possessor, quantum ciuilibus actionibus haeres consequi potest. Persequimur ergo hac actione non nudam rerum haereditarum possessionem, sed vna cum rebus ipsum dominium, seu ius haereditarum, (d) ad cuius declarationem etiam petitum dirigendum esse res ipsa loquitur. (e) E contrario interdictum quorum bonorum sine dubio est remedium possessorum, quo non ius ipsum, sed nudam rerum haereditarum possessionem persequimur. (f) Deinde interdictum quorum bonorum non admittit exceptiones altioris indaginis, sed reus, nisi in continenti ius potius se habere demonstrauerit, dedere

(c) I. 2. ff. de haered. petit. poss. conf. I. F. BOECKELMANNI Comment. in Digest. Lib. 5. tit. 5. CORNELIVS V. ECK. in princip. Iur. Ciu. ibid. et Lib. 43. tit. 2. I. B. DE WERNHER in manual. pand. Lib. 5. tit. 5. et Lib. 43. tit. 2.

(d) V. HUBERVUS in Praelect. ad Inst. Lib. 4. tit. 15. n. 5.

(e) vid. I. H. BOEHMER de action. sect. 2. Cap. 3. §. 23. seq.

(f) tot. tit. ff. et Cod. Quorum bonorum.

cedere de possessione et petitoris onus in se suscipere debet. (g) Instituta autem haereditatis petitione possessoria locus est quibusvis exceptionibus, quae probari possunt. Denique tertio differunt obiecto. Nam in haereditatis petitionem siue Ciuilem, siue praetoriam, non corpora tantum veniunt, sed etiam iura haereditaria: (h) interdicto vero quorum bonorum debitores haereditarii, ut PAVLVS auctor est, non tenentur, sed tantum corporum possessores. (i)

S. XI.

INVITATIO AD LECTIONES.

Pluribus haec persequi iam non vacat. Sufficiat in gratiam commilitonum exposuisse argumentum, quod in lectionibus vel praetermitti,

(g) A PEREZ in comm. ad tit. C. quor. bon. n. 4. I. VOET. in Comm. ad Pand. Lib. 43. tit. 2. in ius Dig. Lib. 43. tit. 2. n. 6.

(h) l. 2. ff. de baered. pet. poss. iunct. l. 13. §. f. l. 19. l. 20. l. 42. ff. de baered. pet. I. VOET. l. c.

(i) l. 2. ff. Quor. bonor.

mitti, vel obiter tractari solet. Ut de utilitate eius quid addamus, opus esse haud videtur. Quamuis enim nonnulli doctrinam de Bonorum Possessionibus in foris nostris usu plane destitui sibi persuaserint, horum tamen errorem alii pridem notarunt. Non est ergo, ut his immoremur. Super est, ut de lectionibus inchoandis certiores reddamus Generosos et Nobilissimos Commititones. Et publice quidem commentabor in I. H. BOEHMERI *Positiones de successione ab intestato doctrinae eius de actionibus annexas, tum, quia argumentum hoc meretur, ut in eo singulari industria versentur Legum cultores, tum, quia in collegiis priuatis nec scopus, nec tempus patitur, ut singula eius capita plenius exponantur.* Horam, de qua inter nos conueniet, e valuis proxime significabo. Priuatim hora X. interpretabor elementa Iuris Ciuilis a I. G. HEINECCIO secundum ordinem *Institutionum* adornata. Quo vero constet, quantum in his lectionibus proficiant Auditores nostri, quos egregie proficere in votis habeo, singulis Mercurii et Sa-

turni diebus hora II. addam Collegium examineriorum, quo profectus eorum per interrogaciones, prout hactenus consueui, tentabo.

Initium lectionum erit d. 7. Maii. Dabam Marburgi d. 30. Aprilis

MDCCLIII.



Marburg, Diss., 1753-55

ULB Halle

005 034 817

3



TA → OL

MW 1 + 10 Shill

B.I.G.

Farbkarte #13

	Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Inches		1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Br. 47. Num. 6.

1753. 3.

HOMBERGK zu Bach

ASSIAE LANDGRAVIIS
A CONSILIIS, IVR. PROF. ORD.

R A M M A
DE

POSSESSIONE
IEC POSSESSORIO
INTERIMISTICO

QVO

TQVE NOBILISSIMI
EMIAE CIVES

AD

ES AESTIVAS
S QVAM PRIVATAS
VITANIVR.



I CATTORVM
ACAD. TYPOGR. ET BIBLIOPOL.
MDCCCLIII.